minati) *ad videndam claritatem Jerusalem.* David autem A noster videri post suum hic desiderium visendæ cœlestis Jerusalem declarare, cujus nuntio finitio lætatum se cecinit conjungens ibi & hic societatem civium superno-
a Ἡ τῶν sub finem. rum. Clemens Alex. *a*, quum recitasset Euripidem dixisse in suo tergo pennas esse aureas: & aptata Sirenum sibi amabilia talaria: quodque iret in immensum sublatus æthera, Jovem conventurus: de ipso subjicit, ἐγὼ δὲ ἵνα ὑποδήματα τῷ ἀνεῦμα τῷ χριστῷ πτερὰ σοι μὲ εἰς τὸν ἱερουσαλὴμ τὸν ἐπουράνιον: *ego autem ut pro calceamento spiritui Christi, ut me sustollat, & volare faciat in meam Jerusalem.* Arnobius, & quem appellant Hieronymum, volunt hic loqui Christum, qui etiam *suos esse fratres* affirmavit, *qui faciunt*
b Matt. 12. 50 *Patris voluntatem* b, atque sumendo præteritum pro futuro, profiteri se locututum de civitate cœlesti rerumque illi promissarum, cum participatione ipsius in id ipsum, & ut secum regnent fratres sui, & bonis fruantur æternis: id etiam à Patre postea postulasse *c*: *Pater*
c Joan. 17. 24 *rogo, ut ubi ego sum & illi sint mecum: ego in illis, & tu in me; ut videant gloriam meam,* sive claritatem; *quia dilexi-*
Sensus mystici. *sti me ante constitutionem mundi.* In sensu mystico admittimus: non quod hic sit litteralis dum taxat, ut Valentia, & quidam alii contendunt; Rabbi Halcusi *d* colligit hinc, & ex aliis locis, à Deo appellari homines fratres;
d in Ecclesiast. 12 e lib. 3. c. 28 ad indicandum ut argumentatur Galatinus *e*, quod per naturæ nostræ assumtionem frater noster fieri debebat.
f in Ps. 117 Præterea in Midras thehilim *f* habetur, dicendum hominibus Angelis in judicio, ne timeant coram Deo, quia
g Ps. 143. 14 filius civitatis nostræ est, *nos populus appropinquans ei* g, hoc est, propinquus & consanguineus ejus; denique fratres ejus sumus, ut hic habetur: immo & *ille Pater no-*
h Deut. 32. 2 Heb. 2. 6. 5 *ster* h. Notat hoc idem Galatinus *i*. Potest demum hæc eadem sententia applicari ad quemlibet, qui sit de aliqua familia, vel ordine, cui peculiaris amor, & cura sit, ut debet, de pace, bonisque familiæ, & ordinis, ad quem pertinet ut propter fratres, & proximos suos, propterque hanc domũ quæ Domini Dei est, loquatur pacem, & quærat bona illius tum in præsenti vita, tum præsertim in futura. Ibi
K Sicem de Ordend. qui habetur in Benedictina Florilegio. Odio Cluniacensis *k* juxta fidelem opinionem, ut ipse loquitur, tentit quod unusquisque Sanctorum cum illi resurget in regeneratione, quos Domino acquisivit, ut san- C ctus Benedictus, de quo agit, cum suis monachis.

Propter fratres meos, & proximos meos.) Hieron. secundo loco, *& amicos meos*; sed in speculo retinet. Augustinus, *proximos*: Alii, *cognatos socialesve*. Significant רעים *rehhim, socios, familiares, sodales, amicos proximos*. Sed hoc ultimum Latinum nomen, pro quo quidam codices habent, *propinquos*, & ita videtur in commentario legere Hilarius, quem ad modum Græcum σὺν πανοικίᾳ, comprehendit omnes, quibus ob communionem naturæ atq; charitatis divinæ præceptum debetur amor, etiamsi forsitan sint inimici. Quare per se loquendo fraternum nomen strictius ac perfectius est, quam vis confundatur quandoque cum vocabulo *proximi*, & similium. Idcirco non satis certum discrimen Brunonis & Remigii: tametsi mystice sumtum, ut per *fratres* intelligantur omnes fideles, qui filii Dei sunt adoptione: per *proximos* seu *amicos*, perfecti, qui sunt Deo in peculiari quadam conformitate proximi. Oppositum docet Haimo, fratres esse magis adjunctos, & similes in bonis operibus; proximos quoscumq; Christianos: Lyranus & Rickelius primos Judæos, se- D
l Matt. 19. 17 cundos reliquos fideles; alii illos religiosos, qui ut essent
Heb. 5. 17 perfecti, *reliquerunt omnia* l: hos, qui *ut ad vitam ingrederentur* contenti fuerunt *servare mandata* m.

Loquebar pacem de te.) Hieron., & Augustinus, *loquar pacem tibi*. Omisit interpretationem particulæ נא *no* post futurum אדברה *adabberah*, quæ habet vim hortantis, vel significationem temporis præsentis, vel redundat, ornatusve tantum caussa ponitur, quemadmodum Græca particula δή. Expressit Chaldæus חדיין *chedin, nunc*, sed hoc ipsum adverbium interdum ad ornatum dumtaxat, vel redundanter usurpatur. Refert Chrysostomus aliam lectionem in futuro λαλήσω εἰρήνην ἐν σοι, *loquar pacem in te*. Tempus frequenter pro tempore sumitur; maxime in præsignificationibus divinis, ob earum certitudinem, præteritum pro futuro, ut tam sæpe admonuimus: præterea, ut actionis continuatio denotetur, quæ ita fit facta, ut sit adhuc futura. Nec refert, *de te*, an *in te* dicamus. *Loqui pacem in te*, est, ut sit in te: *loqui de te*, ut sermo versetur circa te, optando pacem tibi, ac in te esse: denique loqui de pace ipsa propter te.

Propter domum Domini Dei nostri.) In Romano Plant. & apud Hilarium, Arnobium, putatitium Hieronym., Cassiodorum. *Dei mei*. F. cile est ex אלהינו *elohenu* pluralis numeri, facere אלהי *elohei* in numero singulari. Et haberet peculiarem affectum pronomen singulare. Sed omnes etiam Græci codices habent τοῦ pluraliter. Chaldæus exprimit, בית מקדשא *beth mukdesha, domum sanctuarii*: communiorque expositio est de templo, quamvis cœtus universus fratrum & proximorum, qui Deum eumdem unum colant verum, dici possit ejusdem Dei domus; ita ut istis verbis repetitio contineatur prioris membri, *paxque*, ac *bona* idem valeant; quia *pacis* vocabulo bona cuncta comprehendi solent.

Quæsivi bona tibi.) Hic etiam ex Hebr. אבקשה *avabbeseah*, redditur in futuro, *quæram*, quamvis in speculo legat Augustinus, *quærebam*; sed eadem ratio, quæ de verbo *loquebar*, in priore membro. Quæsivit desiderando, ut Apollinarius exponit, orando, & quibuscumque aliis potuit modis.

Ex psalmo toto colliguntur bonæ conditiones Reipu- Bonæ Reip. conditiones. B blicæ, quas attigimus: ut vigeat charitas & concordia, quæ dicitur *participatio in idipsum*: ut pietas, & sanctitas, quam innuit ascensus tribuum ad templum: ut æquitas & justitia, significata per *sedes, sedentes in judicio*: ut pax absq; factionibus & seditionibus, quod indicatur illis verbis, *rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem*; ut copia & abundantia rerum necessariarum, ut sic inter se cives, & incolæ diligant; quod importatur ibi, *abundantia diligentibus te*: ut potentia, milites, turres; quod est esse pacem virtutem, &c. ut amor Principis invitantis exemplo suo alios ad communem fœlicitatem, quod sibi volunt illa, *rogata quæ ad pacem sunt, &c.*

PSALMUS

CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS.

Canticum graduum.

1 AD te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.
2 Ecce, sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.
3 Miserere nostri, Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
4 Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Titulus, & Argumentum.

Canticum graduum.

Titulo communi gradualibus quindecim psalmis omisso; quod argumentum spectat, videntur hic etiam captivi, exules, peregrini voces esse ad Jerusalem inspirantis, & in ipso aut exilio, aut itinere patientis tribulationem, & laborem, ac Dei benignitatem, atq; misericordiã implorantis. Plures maxime Græci, ad captivos in Babylone Judæos hunc ps. referunt. Lyran., & Ayguan. orationem volunt esse pro liberatione ab afflictione inducta per Antiochum Epiphanem, de qua libri Machabæorũ. Ciconia ostendit loqui Davidem ipsum in maximis afflictionibus constitutum, & ob studium pietatis, cultumq; à superbis contemtoribus. Illustum. Cajetan., quia demto primo versu, in reliquis est pluralis numerus, affirmat non de uno sermonem esse, sed de multis, de quo populo Veteris Testamenti, qui adhuc imperfectus, magnificatiat hæc

Sensus loci.

hæc mala temporalia irrisionis, & despectionis, & jactu- A
a Alb. 5. 41. Hebr. 10. 34 ræ bonorum, in quibus gaudebant fideles illi primi *a*: sed quia id sæpius expertus est dictus populus, nullum certũ tempus assignat. Placidus Parmensis contentit, captivitatem populi generice hic agnoscens. Sed omnes etiam Græci codices habent τὸν ἡμῶν pluraliter. Et haberet peculiarem affectum pronomen singulare. Chaldæus exprimit, בית מקדשא *beth mukdesha, domum sanctuarii*: communiorque expositio est de templo, quamvis cœtus universus fratrum & proximorum, qui Deum eumdem unum colant verum, dici possit ejusdem Dei domus; ita ut istis verbis repetitio contineatur prioris membri, *paxque*, ac *bona* idem valeant; quia *pacis* vocabulo bona cuncta comprehendi solent.

Quæsivi bona tibi.) Hic etiam ex Hebr. אבקשה *avabbeseah*, redditur in futuro, *quæram*, quamvis in speculo legat Augustinus, *quærebam*; sed eadem ratio, quæ de verbo *loquebar*, in priore membro. Quæsivit desiderando, ut Apollinarius exponit, orando, & quibuscumque aliis potuit modis.

Ex psalmo toto colliguntur bonæ conditiones Reipu- Bonæ Reip. conditiones. B blicæ, quas attigimus: ut vigeat charitas & concordia, quæ dicitur *participatio in idipsum*: ut pietas, & sanctitas, quam innuit ascensus tribuum ad templum: ut æquitas & justitia, significata per *sedes, sedentes in judicio*: ut pax absq; factionibus & seditionibus, quod indicatur illis verbis, *rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem*; ut copia & abundantia rerum necessariarum, ut sic inter se cives, & incolæ diligant; quod importatur ibi, *abundantia diligentibus te*: ut potentia, milites, turres; quod est esse pacem virtutem, &c. ut amor Principis invitantis exemplo suo alios ad communem fœlicitatem, quod sibi volunt illa, *rogata quæ ad pacem sunt, &c.*

Vers. 1.) Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.

Sensus loci.

APerta, & satis clara sententia, cui similis in primo quoq; versu ps. 120. & 24. in cujus præterea à versu 15. dicitur, *Oculi mei semper ad Dominum*; item in secundo ps. *d*, tribuitur Deo *habitatio in cœlis*, atq; in 112. *e*, *in aliis*; & in decimo *f*, 102. *g sedes in cœlo* & in 113. *h*, *cœlum cœli*. Vix proinde addi quid quam debet, sive de hac ipsa peculiari sede, & habitatione cœleſti, quum sit Deus aliquin ubique cœlum terramque implens *i*, sive de sublevandis in oratione ad Deum oculis, tùm corporis, tùm præsertim mentis, quomodo Christus *sublatis in cœlum* olim abat *oculis* k, & ex Ecclesiæ traditione fecit, quando consecravit Eucharistiam. Pluries de hoc Scriptura meminit, ut notata in margine loca demonstrant, quam bis; quod non nemo *m*, tamen affirmavit. Ipse in cœlum prospectus, conjectulq; oculorum omni homini communis in miseria posito, & natura insitus, indicio est, numen esse, à quo misericordiæ auxilium expectatur. Hoc vidit apud Ciceronem *n*, Lucillius. Clemens autem Alex. *o*, ait, omnes homines vel invitos fateri Deũ unum ab interitu alienum, & ingenitum, quumque in C cœli vertice in sua propria specula vere semper esse. Actũ religionis esse oculos elevare in cœlum, testatur etiam Deus, prohibens hos ad idola elevare *p*. Et quidem sicut mentis conversione ad Deum, animam profitemur ab ipso pendere, ipsiusque dominio, & providentia subesse: ita oculorum ad cœlos motione, corpus modi is iisdem eidem Deo subesse. Recte id noster Toletus *q*, advertit. In cœlis Deum beati vident, qui mystice quoque *cœlorum* nomine, ut & justi hic etiam degentes appellantur, quum ibi esse dicitur, & simul invocatur, innuitur immensitas præsentiæ, potentiæ, providentiæ ipsius, quæ se adhæc quoq; infima extendat: mens præterea, corque nostrum illuc evocatur, & erigitur: sic discimus cœlestia potissimum expetere: eadem ratione cognoscimus, quantum sint Sancti à ceteris, maximè à peccatoribus: item ut è cœlis materialibus tot provenire corporalia commoda experimur, sic monemur *omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum esse, descendens à Patre luminum*. Has rationes Alensis *r*, & ex aliis Patribus collegit, do- D cens, cur orantes jubeamur Patrem nostrum appellare in cœlis *s*. Adde, inde quodammodo expectari ad ventũ Judicis, quem boni omnes diligunt *u*. R. Moyses observavit, profiteri nos hoc sermone constantem, stabilem, incorruptibitem naturam Dei, nec non firmitatem in promissis. Missis nunc aliis Patribus, Chrysologus *x*, Hoc quum dicis, ait, nempe *qui es in cœlis*, non sic accipias, quasi sit loco clausus, qui claudit omnia; sed intellige esse tibi genus è cœlo, cujus Pater habetur in cœlo; & age, ut vivendo sanctè, tanto respondeas Patri. Hilarius in commentario, præter cœli materialem sedem Dei, ad quam conscendunt animæ justorum, suoque tempore conseendunt eorumdem corpora, *cœlum*, quod legit in singulari numero, pro Patris accipit persona Deum in cœlo pro persona Filii, qui dicitur esse in suo Patre, quamvis vicissim in ipso ille sit, & uterq; unum sit, omnem ipsum in eo nostram esse, ut unigenitum Deum noverimus. Tandem admonet oportere eum, qui ad Dominum oculos mentis erexerit, non retorquere eos, atq; deflectere, sed ubi reliquerit omne vitiorum profundum, indefesso obtutu, inde mutabili, invictoq; persistere, semper nempe quæ sursum sunt sapiendo, & *quærendo, ubi Christus est in dextera Dei*

a *sedens* y Said in primis citato 24. ps. *z*, factitare se David canebat, *Oculi mei semper ad Dominum*. Pecuinum est oculos declinare in terram *a*, & in ipsomet ventre oculos habere, quod proditum est de quodam animali: non *in capite*, quod sapientis esse Sapiens *b*, scribit, hoc est, in Christo. Idem Christus *c*, ut notavit Origenes *d*, qui citat hunc locum nostrum, quemadmodum pedem & manum abscindi imperans, scandalizet, intellexit affectum & opus, ita in simili præcepto de oculo eruendo, mentem intelligi voluit. Atqui mens in cœlis defixa scandalum non patitur, nec errectis in cœlos oculis, hoc modo, quem dixi, offendet, cadetve, ut illi accidit Philosopho, quem risu anus excepit. Maximè vero lapsus cavebitur, si ut Augustinus hoc loco, præcipit, quisque tollat à se oculum, nec ita attendat, sibi ve studeat placere *e*: sed ut placeat sibi Deus, & ipse illis sibi met autem ipse displiceat. Gradus, scalas, machinas, quibus illuc scandamus, affectum pium vocat, & desiderium, quod facit animam deludare sordes peccatorum, & mundari ab omni labe, ut fiat & ipsa cœlum, quia levat oculos ad eum, qui habitat in cœlo, videlicet, Sancto, Subtiliter autem notat discrimen domus materialis, in qua habitamus, & spiritualis, in qua Deus quam asserit esse animam justi: quia cadente domo, cadimus, & nos: si Deus sab anima diceretur, cadit ipsa, ille in se permanet; quia non continebatur, sicut nos in domo, sed continebat; sed nec in cœlo Deus indiget, ubi habitet sed cœlum ipso indiget, ut ab ipso inhabitetur. Expedit profecto *attenuari oculos* nostros circa hæc infima, *dum suspiciunt in excelsum* e. Publicanus non audens *oculos in cœlum levare* f, quibus indignum se credebat, ipsos mihi tanta humilitate cœlos videtur penetravisse, atq; ad ipsũ thronum gratiæ g, misericordæque pervenisse, quam se offendisse cognoscebat, & ignoti sibi ab ea sperabat. Nam *oratio humiliantis se*; *nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat* h: Quamquam Origenes *i*, admonet, quandoq; adhibendam hujusce modi humiliationem, nimirum à pœnitente, aliquando mentem altius ad cœlestem contemplationem elevari debere. Verum citatis nuper ps. plura. In ps. 120. juxta mysticum sensum dicebantur oculi levari in montes per invocationem Sanctorum: hic ad Deum ipsum. Utimur enim sanctis mediatoribus nobque *illuminat Deus à montibus æternis* k, ut obtervat Grevæus *l*. Affert exemplum reconciliati Absalonis per Thecuiten, quæ pœnitentiam designabat; & Joab *m*, qui Sanctorum intercessionem. Obtervat præterea, oculis ad Deum in cœlum intentis orantẽ esse similem circumspicienti, qua possit, exire, si fit conclusus: si autem obsessus, ex specula lustranti, sic unde adveniat auxilium: si captus, conversanti oculos, ecquis pone sequatur, qui velit liberare, si subverberibus, intendenti oculos ad Dominum, vel magistrum, ut cessationem imperet: sed ne id frustra fit, levandi oculi, & corda, cum manibus, ad Deum in cœlo *n*, ut bonis operibus illum nobis demereamur. Oculos suos Nabuchodosor abjectus prius ad bestias, ad cœlum levavit, sensumque tunc reditum sibi sensit *o*: Susanna, quia *cor ejus erat fiduciam habens in Domino flens, suspexit ad cœlum*, passa calumniam *p*: impudici senes calumniæ structores, everterunt sensum suum, & *declinaverunt oculos suos. ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum* q. Viri justi quasi sublimes, digni habentur, in quos Christus ipse oculos elevet *r*, ut Origenes notavit, apud quem reperi etiam postea; quæ de tenibus, & Susanna modo dixi, Adjicit, ut manus quoque sanctæ sustollantur in oratione *absque ira, & disceptationibus* t, exemplo Moysis *u*, nempe per bonas actiones in morem sacrificii vespertini. Hugo caussas cur levandi sint oculi ad Deum, sive modos assignat septem; videlicet, ut id faciamus tamquam ad adjutorem, exemplar, librum, thesaurum, viam, speculum, patrem: quæ non incommodis illustrat scripturarum testimoniis, possuntque plura tùm testimonia, tùm modi & rationes excogitari. Sed satis indicasse. Ecclesia non tantùm edocta à Christo Patrem orat, qui est in cœlis verum etiam in litania; *Pater*, inquit, *de cœlis Deus miserere nobis*.

Ad te levavi oculos meos.) Jacobus Jansonius proculdubio similitudine alterius psalmi *x*, cujus exordium est, *ad te levavi animam meam*, falsus, ita hic etiam legit, & mentem exposuit, cum omnes plane editiones, & tractatores, & quotquot hunc locum citant, *oculos* citent, habeantque.

Qui habitas in cœlis.) Alia Latina Psalteria, Hilarius,

y Coloss. 3. 1
z vers. 1. 23
a Ps. 122. 2
b Eccl. 2. 14.
c Matt. 5. 29. & 18. 9.
d Disput.
e Isa. 38. 14
f Luc. 18
g Hebr. 4. 16
h Eccl. 35. 21 & supra.
i Tbren. 3
k Ps. 120. 1. serm. 279
l in Reg. 14
m 2. Reg. 14
n Tbren. 3
o Dan. c. 4
p cap. 13. 35.
q vers. 9
r Matt. 5 & tom. 28. in Joan.
s 1. Tim. 2
t Exod. 17
u 2 Ps. 24

Cur Deus oculi dicatur.

Augustinus, creditus Hieron. , Cassiodorus habent , *in cœlo*, quod est etiam Græcè ἐν τῷ οὐρανῷ. Vox Hebræa formæ dualis שמים *sciamaim* utrovis modo vertitur, perindeve consistere possunt quum utrolibet numero, quæ de cœlis mysticè afferri dixi, pro Deo, pro Sanctis, pro sede Beatorum, &c. Chaldaicè (*qui habitas super sedem gloriæ in cœlis*.) Exprimit id magis Dei majestatem; simul etiam innuit humilem affectum, & supplicem deprecationem servi, quæ continetur sequenti versu,

---

Vers. 2.) Ecce, sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Sensus loci.

AD majestatem tantam Domini Dei sui levasse se oculos alte versus sublimem thronum gratiæ & gloriæ ipsius, ait, tamquam infimum, videmque servulum, aut ancillulam, ut vel flagellato ignosceret *a*, vel egenti succurreret, victumque necessarium, & vestitum suppeditaret *b*, vel injuriam patienti opitularetur: vel sub alienam redactum potestatem liberaret, ac sibi ipsi, vel justus Dominus assereret, ac vindicaret: vel quidquid liberet, liberè imperaret parato ad omnia, omnesque illius nutus attentissimè observanti, & scire, ac exequi cupienti *c*: postremo, ut quacumque demum ratione, & prout magis expediret judicaret, illiusque arbitrio gratius foret, dignaretur misericordiæ benignos illos, & faventes oculos ad se vicissim deflectere, quemadmodum ipse ad illum suos lacrymabiles, ærumnosos direxerat; se non mercedem, præmium, stipendia, verum misericordiam reverenter, jugiterque ab hero suo expectare. Chananæam videre mihi videor, ipse intra conditionem ancillarem coram Christo abjicientem, cumque catello comparantem, qui fixis in Dominum, ejusque mensam rocutis, expecta, ecquid inde, vel panis mica, aut sponte aut casu seu demittatur, seu decidat *d*. Rickelis attingit omnes fere dictas rationes præsentis similitudinis, ut servorum oculi dirigantur ad dominos, postulando veniam si offenderit, præmium, si laboraverint, informationem, si ignorent quid agere debeant. Hugo, ut dent, inquit, eis de pane, vel reddant mercedem, vel jubeant parci. In ps. 101. *e* quidam, ut vidimus, illa verba, *respexit in orationem humilium* transferunt, *in orationem cicadæ*, quæ scilicet hians rorem expectat, quo pascatur: sic servus, & ancilla demensum suum ab heris avide expectant. Acute Hilarius, quia *Dominos & deos* nuiquam usurpant divinæ litteræ, agentes de Deo vero, qui unicus est, licet in personis trinus, attendit hoc loco, quamvis mystice, servos plures plurium dominorũ cultores esse falsorum deorum, ancillam unius dominæ animam servientem carni suæ: Propheta significare per antithesin, Domino, ac Deo vero fideliter, & constanter usque ad consummationem misericordiæ ipsius, serviendum, ne tentationibus defatigemur, aut desperemus, sed pertinaciam spei, oculis in Deum semper intentis retineamus. De principatu, quem ratio habere debet in sensualitatem, ut in ancillam, Grevæus *f*, consule, qui affert in exemplum Saram, & Agarg, & rem sapienti *h*, visam intolerabilem, quod ancilla fiat hæres dominæ suæ: ad hujusmodi quoq; ancillæ vocem negatum à Petro Christum *i*: bonas ancillas quinque Abigail *k*, esse totidem sensus rationi obsequentes, quæ quum illis obsequitur Davidi, hoc est, Deo. Denique per *servos* hoc priori nominatos loco, innui animæ partem cognoscentem: per *ancillam* partem appetentem. Augustinus comparationem hanc primus considerans in vapulantibus, qui inter plagarum dolores attendunt ad manus domini sui, quoad usq; dicant parce: accipiendo potestatem per *manus* doceat per *servos* multos, indicari populum, per *ancillam* Ecclesiam, quæ tamen etiam uxor facta est, quamvis in hac vita, in qua nondum liberi conceduntur amplexus, neque ut ineatur possessio hereditatis filiorum, ad quam jus traditur, oporteat, ut nos pro servis adhuc & ancilla geramus, quamdiuque hic vivimus, sub flagellis gemamus, donec plena perfectaq; adveniat misericordia, quam Hilarium dixi appellavisse misericordiæ consummationem. Tandem vult Augustin., *domina* nomine intelligi Dei sapientiam, & virtutem, quæ dicuntur de *l*, Christo, qui est Dominus, & sunt ipsemet Christus, ita ut justificrit nos cædi Dominus noster, & domina nostra sapientia, justlerit nos cædi: & in hac vita vapulemus, & tota ista vita mortalis plaga nostra sit, quia tentatio *m*, sed sic multos obdurasse, ut nec plagas suas sentiant, (dicerens mancipia plagis assueta) hoc ipso gravius cæsos, quo sensus jam perdiderunt, qui vero filii facti sunt, recepisse sensum doloris, sentire se vapulare, & nosse quis jusserit, ut vapularent, quoniam *qui apposuit scientiam, apponit dolorem n*: & levare oculos ad eum, qui habitat in cœlo. Infelicibus, qui se felices hic arbitrantes, callum obduxerunt ad plagas, convenit illa oratio *o*, *Verberaverunt me, sed non dolui, traxerunt me, & ego non sensi:* Item alia *p*, *Percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti*. Sed proximè ante alloquens Deum Propheta dixit, *Domine, oculi tui respiciunt fidem*: videlicet an servi, & ancillæ servent fidem: an fideliter serviant an oculos in manibus, & potestate habeant; à te toti pendeant: an flagellantem te sentiant. Deus ipse per eomdem Prophetam *q*, *Frustra* inquit, *percussi filios vestros, disciplinam non receperunt*: & apud alium *r*. *Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem*, &c. Lege Gregorium, & Cyprianum *s*.

Ceterum, ex eadem ista similitudine servorum & ancillæ, qui oculos fixos immote in heros suos gerunt, obsequi gratia, & commodi sui omnis inde capiendi causa, postulamus cultum illum Deo uni debitum inferre, quem Theologi *u*, λατρείαν appellant, derivando ab incrementi particula λα, & ωρέω, *observo*: etsi etiam deducant alii à πρότρεμο. Frugi servum Plautus *x*, ait esse, qui vultum ex heri vultu comparat, & ita imperium herile ediscit, ut quid frons velit, oculi sciant, Quidam pariter apud eumdem sic imperat,

— *Edico tibi,*
Ut hujus oculos in oculis habeas tuis,
Quoqui hic spectabit, & tu spectato simul:

Sed & imperiosum refert herum Terentius *y*, hoc modo præcipientem,

Cave nunc jam oculos à meis oculis quoquam dimoveas tuos,
Ne mora sit, si invenerim, quin pugnus continuo in mala inhæret.

Servitutem Deus exigit absque servilitate, utq; objecta nobis ipsius præsentia acriores nos, & alacriores ad ei servendum ex anima reddat: quemadmodum Ducis in præsentia miles, subque oculis ejus suam probare operã studet, ut Cæsar *z*, scripsit. Damnat Apostolus *a*, servos obedientes dominis carnalibus, non in simplicitate cordis, & non ex animo, atque non sicut Domino, seu Christo, quo retributionem accepturi sunt hæreditatis, & qui injuriã facienti reddet id, quod inique gesserit, absq; personarum acceptione, sed servientes, ut hominibus placeant ad oculum, ὀφθαλμοδουλίαν. Syriacè, בהוא עינא *be machaze haaina, in aspectu oculi*: & alibi *b*, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλίαν, & utrobique composita etiam voce, ἀνθρωπαρέσκος nominat *hominibus placentes*; quarum duarum vocum, hoc est, istius, & ὀφθαλμοδουλίας, primus videtur inventor, sicut nonnullarum aliarum Auctorum Petrum, & Joannem, in commentario ipsorum annotavi. Reprehenderet proculdubio idem Paulus: Deo ipsi ad oculum dumtaxat servientes, ea ratione, quod vereantur vel pœnam, damnumve, vel expetant emolumentum, alioquin non serviturl, & si fieri posset, ut ejus oculos, scientiam, præsentiam, possent effugere. Facit ad rem parœmia, quam refert Hugo S. Victoris *e*, (Ubi baculus, ibi oculus: servus enim est, inquit, qui timet flagellum oculus filii ad faciem, oculus servi ad manum.) Servitutem Dei cum filiatione, respectu ejusdem, vir justus habet, de qua conjunctione non semel egi. Postremo, Angelicus Doctor *d*, docens pœnitentiæ virtutem justitiæ speciem quamdam esse non simpliciter, quia non est æqualitas inter pœnitentem & Deum, sed secundùm quid, ait, quod pœnitens recurrit ad Deum, sicut servus ad dominum, prout hic habetur: aut sicut filius ad patrem, ut Evangelici prodigi ostenditur exemplo *e*, aut sicut uxor ad virum, ut est apud Jeremiam *f*.

Ecce.) Interjectio serviens promtitudini, alacritati, velocitati servitute gestientis: & ab hero undequaque pendere, ac à nutibus ejus cupientis. *Vidisti virum velocem in opere suo, coram Regibus stabit, nec erit ante ignobiles* g: Græcè *providentem virum, ὁρκιστὸν ἀνδρα*, (cujus nempe, ut hic dicitur, *oculi in manibus domini sui*) *& acutum in operibus suis* ὀξὺν, (quod significet etiam *velocem*, ut nempe lagaciter attendat quia velit dominus, noxque perficiat) ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῆς, *Regibus operabit assistere, θεῷ γὰρ παρεστάναι, & non assistere viris scordibus, οὐ μὴ παρεστάναι ἀνδράσι σκοτεινοῖς*: vel ex Theodotione, σκοτεινοῖς, *tenebrosis*.

Sicut oculi servorum in manibus dominorũ suorum.) Hieronymus, *ad manum dominorum suorum*, Augustinus in speculo, *ad manus*, אל יד *el jad*: & poterat verti, *dominorum*; quia plurale אדנים *adonim* quandoque de uno dicitur. Sed melius pluribus servis plures respondent domini, licet eidem domino plures esse possint servi, sicut sequenti membro uni ancillæ una domina, Vetus Psalterium, & Augustinus habent, *in manus*, quod est Græcè πρὸς χεῖρας. Chaldaicè, *Sicut respiciunt oculi servorum de manibus*, aut *de latere dominorum suorum. Oculos servorum esse in manibus dominorum suorum*, vel *ad manus eorum*, vel *respicere de manibus eorum*, est ex eorum potestate, liberalitate, severitate, voluntate pendere, vitam illorum, actiones, negotia, res cunctas istorum arbitrio Regi. Videtur id Apollinarius per lumen intellexisse, quod pro vita sumitur,

ὡςὃ ὀπώπει μώνυξ ἐφος μετὰ ζόφοι ἐν σκότῳ.
Sicut vero quando famulis lumen (vita) *in manibus Regum*.

Hoc pacto dicitur *commendari spiritus in manus Dei*, a vel quod quis commendet, committat, permittat se totum alterius manibus: quod manui cujuspiam quidpiam tradatur *b*, quod fit in manibus *c*, & similia. Sed similior nostræ phrasis in libro Ecclesiastici *d*, *Melius est, ut filii tui te rogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum*. Exigere videntur postrema versus nostri verba, ut servorum oculos conjectos intelligamus ad manus dominorũ suorum, ut ab iis boni aliquid accipiant, aut ut à puniendo manus contineant.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ.) Hieronym, & in speculo Augustinus, *ad manum. Dominæ, & ancillæ* pluraliter transferunt ex Chaldæa paraphrasi; quod minime necessarium videtur, quum sint nomina singularia, אבהתא *ambatha*, & רבונתא *ribbonetha*. Negat esse γυναικολογίαν. Theodoretus, quod exprimatur *ancillæ*: sic enim affectum magis declarari, quoniam ancillæ pendet magis ex dominæ manibus, quum assidue versentur in cubiculo ante illam. Sic vero etiam intelligitur utrumq; sexum ex æquo subdi dominio Dei, capacem esse gratiæ, aliorumque donorum, ad gratiam, & gloriam per se spectantium, & eamdem genere imaginem Dei: ejusdem esse naturæ, non debere fœminam à Dei servitio exceptam se existimare, ob imbecilliorem sexum: quo imbecillior est, eo laudabiliorem in ipsa virtutem esse: ipsammet fere diligentia, & devotione divini cultus viro superiorem esse itaut idcirco devotum fœminæ sæpe appellari putent in solemni prece, quæ ex August. *e* promta est: quãvis id potius ad nonnas, sive moniales pertineat. Præter mysticam dominæ acceptionem hic ab Augusto, traditam pro sapientia divina, qui est Christus, cujus ancilla sit Ecclesia, & aliam Hilarii, pro anima & carne. Hieron. *f*, pro Spiritu quoq; Sancto interpretatur, qui apud Hebræos etiam vocetur nomine fœminino רוח קדשה *ruach kadsciah*, & de eodem exponit virtutem multam, qua Dominus dicitur *dare verbum evangelizantibus* g, idest, animabus, quæ Spiritum sanctum consequantur. Adjicit ex Evangelio Nazarænorum, modò me tulit mater mea. Spiritus sanctus. Deniq; moner neminem in hac parte scandalizari debere, quod dicatur apud Hebræos Spiritus genere fœminino, cũ nostra lingua appelletur genere masculino, & Græco sermone neutro, nempe πνεῦμα. In divinitate enim, inquit, nullus est sexus, & ideo in principalibus tribus linguis, quibus titulus Dominicæ scriptus est passionis *h*, tribus generibus appellatur, ut sciamus nullius esse generis, quod diversum est. Adderem id in Patre & Filio non contingere, quia ex communi concipiendi, & loquendi modo nomina hæc masculos designant, nec in generatione Filii, ex Patre, alius quam sexus masculinus intelligitur.

In oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.) Chaldaicè, *Sic respiciunt oculi nostri*, &c. Hæc applicatio juxta translationem nostram cum conjunctione, *ad*, quæ in priori, ius quoq; membris ut in isto, erat Græcè εἰς. & Hebraicè אל *el*, ostendit in illis potuisse clarius verti: *ad manus*, quam *in manibus*. Innuitur vero hic, quod tametsi plures reperiantur aliorum domini, unus omnium est Deus Dominus, quem debeant omnes vereri, & ab eo penitus pendere, & à manibus, potentia, nutibus, voluntate ipsius inter homines.

Vers. 3.) Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione.

Vers. 4.) Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis,

VOces hæ sunt flebilibus oculis intentissimè suppliCantium, ac enixissimè flagitantium divinam opem semel, iterumq; adversus despectionem, & opprobrium, quibus anima repleta est & saturata, plusquam satis exprimere possit intra semetipsam gemens, & dolorem suũ absque consolatore externo coquens. Id etsi captivis in Babylone congruit, aut alibi, & cuivis particulari justo, quem improbi despiciunt, & onerant opprobriis; maximè tamen universo generi humano, & hominibus omnibus. Nam ad imaginem, & similitudinem Dei factos, & innocentiæ donum habituros cum gratia justificante, tandemq; gloriam animæ & corporis, diabolus in peccatum, quod primo parenti per Evam persuasit, præcipitans, Dvalde despexit, & cunctarum aliarum creaturarum contemtui, atque ludibrio, in quas dominium acceperat, veluti expoluit. Despectionem porro istam, & opprobrium provenire dicit in pauperes, humilesque peregrinos, & in calamitosos, exules captivosq; ab iis, quibus arridet felicior, quam vocant, fortuna, qui bonis affluunt externis, qui efferuntur, & insolescunt ob potentiam, qua præpollent, qui abundant vento superbiæ, quidquid habeant boni, suum, fibiq; debitum arbitrantes, non transferentes in auctorem Deum, cui reddent, velint nolint, rationem: quidquid mali experiantur, injuriam sibi fieri existimantes, atque de Deo ipso murmurantes, & illum blasphemantes. Sic vero in sua etiam infelicitate, inanitate, vacuitate, nihilitate, ut ita dicam, & infinuat August. abundantes, quia superbi, pleniq; vento superbiæ, ut dixi. Tandem perinde est, ac si diceret Propheta, opprobrium facti sumus abundantibus, & despectio superbis: hi sunt à quibus multum despectione repleti sumus, & anima nostra multum ea repleta, sensit intimè hujus mali tanti acerbitatem, quod non attingit, non ferit, non afficit, non cruciat, nisi animam præditam ratione, honoris capacem, de fama solicitam, bonæ apud alios existimationis cupidam

Sensus loci.

dam, Græcis videtur ultima versus pars imprecationem continere ipsiusmet Prophetæ, aut aliorum quorum persona agit, ut illud opprobrium, quod in ipsos abundantes conjecerunt, & illa despectio, qua superbi contemseruntur, recidat in eorumdem caput. & qui ipreverint, ipernantur, qui *fatigati disierint contemnere, contemnantur*, quemadmodum loquitur Esaias *a*, *& illusio atque improperium superborum*, quo nempe illuserint, & improperaverint, *si ipsimet in vindictam sicut leo*, ut est apud Sapientem *b*. Id vel in judicio saltem eveniet extremo, quando stantibus justis in magna constantia, hi, qui ipsos angustia verunt, fatebuntur, turbati timore horribili, & præ angustia spiritus gemētes, se insensatos fuisse, quum quos tunc videbunt computatos inter filios Dei & inter Sanctos habere sortem, olim *habuerunt in derisum, & in similitudinem improperii* c. Hilarius, eumdem sectatus posteriorem sensum, confirmat exemplo divitis in inferno luētis pœnas, despectionem, opprobrium pro despecto à se hîc mendico *d*, tandemq; futurum, ut judicii tempore opprobrium, & aspernatio in eos, qui nunc in sæculo abundant, ac superbiunt, revertantur. Hoc etiam tempore contingere docet quandoque, ut post superbas insectationes Regum, gentium, Judæorum, hæreticorum, atq; etiā sæpe nostrorum, fiat, similis conversio, & abundantibus sit opprobrium, superbis aspernatio, superbia in contemtum, & copia mutetur in inopiam. Innuit adhuc tertium priori oppositum sensum, quod modo opprobrium fuerant, qui postea in regno Dei abundabunt, & quod nunc in aspernatione sint, qui postea per fidei confidentiam superbiant, superbia nimirum sancta. Hortatur postremo ne abjiciamus humilem, ne contemnamus pauperem, ne transeamus indigentem, quia Paulus in infirmitatibus, & in angustiis suis gloriatur *e*, Judicem eligi potentium ex contemtibilibus Ecclesiæ præcipit *f*: mutuam sibi, & Petrus legem instituerunt, ut meminissent egenorum, eorumq; curam facerent solicitæ, minimorū Angeli Deum quotidie vident *g*; humilis exaltabitur *h*; optimum sacrificium Deo *cor contritum & humiliatum* *k*; contemtorem humilium, profundo chao separati humiles dignabuntur minimo digito suo refrigerare *l*. Hoc adtricto sermone, caussæ septem continentur, quibus persuademur nullum spernere, vel opprobrio habere, quas amplificare difficile non erit, & aliis insuper adjectis. Anonymi cujusdam Græci expositionem recitat Agell. ut intelligatur Deus ipse sic ultimis verbis loqui; ne metuite pro eo quod ad me converti estis; peccata vestra, & damnatio vestra (quæ scilicet damnari debebatis) ad diaboli principatus, & potestates redibit. Similis quædam Dei oratio in Esaia *m*, videtur ad Ecclesiam *Hoc dicit Dominus, redemtor Israel, sanctus ejus, ad contemtibilem animam, ad abominatam gētem, ad servum dominorum* &c. quam alibi *n*, nominat *gentem convulsam, & illaceratam gentem expectantem & conculcatam*. Eumdem *o*, Job vocat *lampadem contemtam apud cogitationes hominum: paratam ad tempus statutum*, nempe judicii, in quo justus quisque, qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat, unquit Gregorius *p*, demonstratur. Tunc pii *calcabunt impios, quum fuerint cinis sub plantæ pedum ipsorum* *q*, *& Deus dabit impios in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur* *r*. Interim supplicas hic degens justus Deo *s*, *audi Deus metus, quia factus sumus despectui: converte opprobrium super caput eorum*; & *t*, *recordare Domine, & vide quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum*. Daniel quoque in captivitate deprecans Deum, fatebatur deberi eam confusionem faciei, quam patiebatur *u*, sed obtecrabat *averti iram & furorem à Jerusalem, & monte sancto, quia propter peccata sua Jerusalem, populusque in opprobrium erant omnibus per circuitum* x.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.) Talis geminatio in psalmo 56. verbis primis, & in 101. *y. Tu exsurgens Domine misereberis Sion, quia venit tempus miserendi ejus, quia venit tempus*, cœcus item ille prohibitus ne clamaret, majore adhuc voce repetens poposcit, ut ejus misereretur *Iesus filius David* *z*; Daniel *a*, orationis ardentem affectum promebat, dicens; *exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac, ne moreris propter temetipsum Deus*. Potest repetitio innuere, ut Hugoni placet, postulari misericordiam duplicem, ut in corpore liberentur à pressuris in anima à periculis.

Quia multum repleti sumus despectione.) Eodem modo Hieronymus. Hilarius autem addit synonyma aspernationem & contemtum; & creditus Hieronymus contemtum explicans per *despectionem*. Alii magis exprimunt Hebræi vim verbi שבענו *sciavabhnu, saturati sumus*. Potuit præterea verti pro *despectione*, annihilatio, quam significat ἐξουθένωσις. Calumniam, seu injuriam molestam Apollinarius interpretatur ὕβριν ἀνήκεστον. Sæpe dixi nihil accidere molestius homini sapienti, quam contumeliam, ita ut etiam *illum conturbet* *b*, aut si le despici, contemni, sperni, nihil fieri deprehendat. Repletio, saturatio infinuat fastidium, tædium, nauseam, stomachationem quādam, ac veluti evomendi cum impetu volūtatem, id quod animum graviter occupat, premitq;. Idem valet apud Jeremiam *c*: *saturabitur opprobriis*. Quod tamen aliqui exponunt de patientia cum alacritate, & voluptate, qualis ex perceptione rerum suavium sequi solet. Qua ratione possemus intelligere misericordiam bis hoc loco, atq; tam solicite petitquia videtur ea quodammodo dignus, qui se ita gerat erga res, quas passim homines egerrime ferunt. Conjungit indicato loco Jeremias cum alapa, opprobria, quia probrola, & mancipii propria censetur alapa. Nihilominus tot alias alapas passus Christus *d*, tantum respōdit ad eam, quæ ipsi propter testimonium veritatis impacta est *e*. Paulus etiam, qui acerbiora toleraverat tacens tormenta, incussa sibi, dum pariter veritatem prædicaret, alapa, imprecatus est ei, qui incuti præceperat *f*. Justit Christus, ut gauderemus cum homines *omne malum dicerent adversum nos, mentientes, & propter ipsum* *g*, quod præstiterunt Apostoli, *gaudentes quoniam digni habiti essent pro nomine Jesu contumeliam pati* *h*, hoc est virili re flagellari, non sine convitiis petulantium carnificum, & aliorum, ut credi facile potest; citius *exprobrantes, percutientesque maxillam viri justi satiantur pœnis ejus*; quam illæ nam fatigati tandem cessant, & si occiderint, non habent amplius quid faciant *k*. *Justus ut leo confidem, ad nullius pavet occursum* *l*, implorans Dei misericordiam.

Quia multum repleta est anima nostra.) Hieronymus, (omissa *quia*) *multum repleta est anima nostra*. Sed qua re sit repleta, subjungit, conjungens verba sequentia, hoc modo, *multum repleta est anima nostra opprobrio abundantium, & despectione superborum*. Eodem modo ceteri fere, qui transferunt ex Hebræo, & Chaldæo. Græcè absque particula caussali, ἐπαρκὲς habetur, quod antea ἱκανὸν, ita ut crescat oratio: licet utrobique si Hebræa vox רב *rau*, vel רבת *rabbath*, quæ significant *multum*. Creditus Hieronymus legit *multumque* non *quia multum*. Romanum. & Ambrosianum Psalterium, atque Cassiodorus, & Prosper, & *multum* Psalterium vetus, & Augustinus *in plurimum*. Est autem hic in editione Græca, & Latina, oratio ecliptica, inde pendens à sequentibus verbis. Quasi dicas, repleta est anima nostra despectione, contemtu, afflictione, malis plurimis. Apollinarius,

Συμβὰς ἐν ἀθέοις κακῶν βάθροις ἑκάστῳ.
Animus in pectoribus malis opprimitur cuique.

Est modus loquendi dolentis, inquit Lyra, qui ex vehementia doloris truncat verba sua: propter quod aliquid est supplendum, ad habendum intellectum. Additur pronomen Hebræum להּ *lah, sibi*, *multum repleta est sibi anima nostra*. Quod vel redundat, sicut alibi; vel auget orationē, hoc est, multum repleta est, satiataque est magno suo malo, & infortunio, intime usque ad præcordia, & secreta pectoralia: soli, ac taciti intra nos, nullo consolante, aut leniente mœrorem nostrum. Tale quid occurrit psalmo 119. *m*, *multum incolafuit anima mea*: ubi etiam additur להּ *lah, sibi*. Magis vere ad rem sunt Elisæi verba de Sunamitide *n*, *Dimitte illam, anima enim ejus in amaritudine est*, מרה להּ *marah lah, amara est sibi*. In psalmo 87. 9 cecinit David *repletam malis animam suam*, & *vitam inferno appropinquavisse*. Sic hoc loco *anima* sumi potest pro vita, & *repleta* dici, ut antea monui, *malis*, aut pro toto homine, aut pro parte altera ejus, quæ dicitur anima rationalis, quatenus talis est: quia, ut etiam nuper monui, hæc sola sentit despectionem, & opprobrium, sicut & honorem, laudem, atque his similia. Non libet vivere homini, quem vocant vulgo honoratum, absque honore, & cum ignominia.

Opprobrium abundantibus, & despectio superbit.) Jam retuli Hieron. & alios nectere ista prioribus, hoc modo, *multum repleta est anima nostra opprobrio abundantium, & despectione superborum*. Arnobius videtur eam lectionem sequutus in commentario, exponens, quia multum repleta est anima nostra opprobrio abundantium eorum, qui in malitia exabundant, & despectiones nobis superborum exagitant. Ceteri etiam Latini, ut dudum dixi, supplent, *sumus*, aut *facti sumus opprobrium abundantibus*, &c. Cui affinis alterius psalmi *o*, sequentia, *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis*: ubi pro לעג *lahbag*, & בוז *buz*, proque ἐξουδ., & ἐξουθένωσις extant חרפה *cherpah*, & כוז *buz*, ὄνειδος etiam, & ἐξουθένωσις. Favet expositioni de opprobrio, atque despectione, qua repleta dicatur anima, translatio Symmachi, ὅτι πεπλήσθη ἡ ψυχή μου ἐπαισχυντισμῶν ἕνεκεν τῶν ὑπερηφάνων, *multum satiata est anima nostra obloquentibus, abundantibus, & spernentibus superbis*. Chrysostomus recitat alium sic evertisse, τῷ ψυχθῆναι, (vel μυκτηρισμῷ, vel ὠνειδισμῷ τῶν ὑπερηφάνων, *irrisione*, aut *subsannatione elatorum*; item, ἐξουθενώσει αὐτῶν ὑπερηφάνων *despectione eorum: qui bonis affluunt*. Quamvis idem, & alii Græci, ut prius quoque memini, nomina in casibus rectis imprecatorie sumant, ὄνειδος, & ἐξουθένωσις, ut hæc sint, & eveniant abundantibus, & superbis, quemadmodum illi opprobrio, atque despectui alios pauperes, & justos habuerunt. Apollinarius imprecationem sic expressit,

ἀνδρὸς ἀφενοῦντος ὀνείδεα πικρὰ λελυθώ,
αὐτάρ ὑπερφιάλοισιν ὑπέρτερα πάντα πατύχθω.
Viris opulentis opprobria acerba relinquantur:
Cæterum superbis probrosa omnia sint.

Utrumq; sensum fert nostra, & Interpretum Lxx. translatio, supplendo id, quod diximus, nempe, *facti sumus*, aut absolutè, *sumus*. Cum hac expressione alibi canit David, *b*, *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium*, &c. item *c*, *Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio, & illusio his, qui in circuitu nostro sunt*: præterea, *d*. *Factus est opprobrium vicinis suis*; tandem *e*. *Ergo factus sum opprobrium illis*. Quare Agellii ratio communiorem sensū à Latinis receptum rejicientis, ac negantis etiam intelligi posse, ut repletam dicamus animam, vel ut se dicant, quos loquentes facit Propheta, fuisse, factosve fuisse opprobrium & despectionem, nihil efficit; quod scilicet in rectis casibus, & cum articulis sint, τὸ ὀνείδος, & ἐξουδένωσις. Quemadmodum ipse fuppler, ut hæc fint, vel eveniant abundantibus & superbisita non minus commode licet nobis supplere, quod qui hoc loco misericordiam implorant, dicant se fuisse, aut factos esse talibus opprobriis, & despectionem. Imm o supplicibus illis malis congruit precatio pro ipsis, exponendo, quid ab his patiātur, quam imprecatio in alios. Ceterum, si opprobrium proprie sumamus, quum quis injuriose alteri reducit in memoriam ea, quæ contulit in eum beneficia, præsertim quando ille necessitatem patiebatur, apte lamentantur isti, qui loquuntur hoc loco, *se factos opprobrium abundantibus*, hoc est, illis, ad quos cogantur necessitatis caussa recurrere; exprobant autem defectus aut culpæ, aut pœnæ, aut animi, aut corporis, aut naturæ, aut moris, & probrose objiciunt beneficia collata. *Datus* (ideſt, donum) *insipientis*, ait Sapiens *f*, *non erat utilis tibi: oculi enim illius sepe mendaces sunt*, (ut iterum, iterumque ac ta pius circumspiciat, eóquid retribuas, vel confideret quæ dederit.) *Evigilabit, & multa improperabit: & apertis oris illius inflammatio est* (qua veluti eum, cui dedit, urat, crucietq; ac iram illius abirato profecto succendat, vel ipsam dispergat in morem flammæ collationem beneficiorum.) (Lacerat animum, ut scribit Seneca *g*, & premit frequens meritorum commemoratio.) Et apud eumdem *g*, quidam trium virali proscriptione servatus à quodam Cæsaris amico, ex clamavit, quum superbiam ejus ferre non posset, Reddeme Cæsari. Denique mortem ie profitebatur malle, quam exprobrationem. Apte admodum abundantes, ac superbi, nexi sunt hoc loco τοῖς πλουτοῦσι, & ὑπερηφάνοις: siquidem *divites hujus sæculi* teste Paulo *i*, *superbe sapiunt, sperantes in incerto divitiarum*. Et Phylol. *k*, describit mores divitum, ut sint contumeliatores, & superbi, sibique plurimum arrogantes, quasi omnia possideant, emere cuncta divitiis valeant, dignos se principatu arbitrentur, habeant in ipsis januis suis multos, qui egeant, etiam ipsos sapientes injurias alias ex contumelia, alias ex intemperantia faciant, velut virgis cædere, & adulterari. Augustinus *l*, vehementi di vitiarum, tineamque vocat superbiam & Chrysostomus *m*, divites superbos cum fumo, stuppa flammelcente ampullis aquæ comparat. Pro abundantibus sunt hoc loco Hebraicè שאננים *sciaananim*: quod nomen reddit interpres plerumq; per *opulentos* *n*, & *divites* o: Lxx. interdum *p*, per ἐξουθενουμένους *spernentes*; aliquando *q*, per συμπεπιεσμένους *simul super impositos*, *una adorientes, invadentes, irruentes*; nonnumquam *r*, per εὖ πεπαθότας *bene affectos*. Sed proprie nomine illo Hebræo dicuntur *pacati, quieti, tuti, securi, nihil sibi timentes, ab aliis*; Quæ conditiones bene congruunt divitibus superbis, qui etiam facile ceteros superunt, & ipsi *pacem habent in substantiis suis, quieti sunt, & via eorum directa*, (ideſt, prosperæ) *in omnibus* *s*. In alio psalmo *t*, *abundantur facientes superbiam* sunt, qui in ipsa superbia, quæ ipsamet excessus quidam est, excedunt, nimiique sunt, ac supra modum. Quod certe potissimum faciunt qui opibus abundant, vel facilius id facere possunt.

PSALMUS
CENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS.

1. Canticum graduum.

Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: 2. nisi quia Dominus erat in nobis.

3. Quum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos:

Quum iraseretur furor eorum, in nos; forsitan aqua absorbuisset nos.

5. Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

6. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

7. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

8. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.

Titulus, & Argumentum.

Canticum graduum.

Titulus.

Additur in titulo Hebraicè לדוד *le david*, *Davidis* aut *Davidi*: & Chaldaicè על ידי דוד *bhal jad David*, per *manum Davidis*. Sic prius in titulo psalmi 121. & postea in titulis 131. & 132.

Argumentum

Argumentum est actio gratiarum pro liberatione à gravi furore hominum interficere volentium, atq; veluti deglutire, submergere, illaqueare. Cajetanus id intelligit de universo populo Israelitico, quando liber evasit à periculo serviendi ulterius, Moabitis, Syris, Philistæis, cæterisque vicinis gentibus, quibus antea servierat *u*. Lyranus, & Ayguanus restringunt ad liberationem Davidis à Philistæis, postquam inunctum Regem audiverant super Israel *x*. Græci volunt hic agere gratias jam reversos de capti vitate Babylonica Hæbreos: aut certe hos ipsos, quum reversos adortæ sunt aliæ vicinæ gentes, ut restaurationem civitatis, ac templi impedirent, ut ex utroque libro Esdræ liquet. Parum refert quid particularim asseratur. Nec mihi fit improbabile, generaliter moneri populum, ne se in Deum ingrate gerat, vel suismet viribus tot favoris divini munera ascribat. Ad quod confert non parum commemoratio veterum periculorum; è quibus divinitus erepti fuerint. Id crebro repetit Moyses, *ne diceret populus in corde suo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia præstiterant*, & ne justitiæ, ac meritis suis tribuerent graviter commonuit.

Mystice autem Latini fere cuncti applicant psalmum ad spirituales Israelitas, Christianosque, ascendentes ex capti-

a cap. 3. 3.2

b Eccl. 27. 31

c Sap. 5. 1. & seq.

d Luc. 3. 23 & seq.

Judicem potentium ex Ecclesiæ contemtibilibus eligi præcipit paulus

e 2. Cor. 11. 30 cap. 12. 9

f 1. Cor. 6. 4

g Galat. 2. 10

h Matth. 18 10

i ver 4. c. 23 12

k psal. 50. 19

l Luc. 16. 24

Septem caussæ quibus persuademur nullum spernere vel opprobrio habere.

m cap. 49. 6

n cap. 18. 2

o cap. 52. 5. 1

p 10. moral. cap. 17

q Malach. 1. 3.

r Jer. 23. 40

s 2. Esdr. 4. 4

t Thren. 5. 1

u cap. 9. 7. 8. 1

x 1 ver. 16.

y vers. 14.

z Luc. 18. 22 39

a cap. 9. 19

b psal. 30. 12

c psal. 68. 4.

d psal. 78. 42 psal. 108. 25

e Jer. 30. 14

f Eccli. 20. 13 & 32. 13

g

h

i Job 16. 11.

k Mat. 10. 28 Luc. 12.

l Prov. 30. 31

Alapa probrosa & mancipii propria.

d Joan. 19. 3 Mat. 14. 65 Mar. 15. 19 Luc. 22. 64

e Joan 18. 23

f Act. 23. 25

g Matt. 5. 11

h Act. 5. 41

Lacerat animum frequens meritorum commemoratio.

m vers. 6. & 4. Reg. 4. 27.

o vers. 4

n Esa. 32. 9 cap. 47. 8 Amos 6. 1 Zach. 1. 15

o Job 12. 5 cap. 21. 23

p Amos 6. 1

q Zach 1. 15

r Job. 21. 23

u in Is. Jud. & 1. Reg.

x 2. R. cc. 5. 1 & seq.

y Deut. 8. 17 28. 63. 50. 56

Sensus mysticus.